



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Archiepiscopo Et Dilectis filiis Decano, & T. Canonico Thebanis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

dis astutia, que ut in eis religionem com-  
maculet, lites suscitat inter ipsos; per apo-  
stolicæ sollicitudinis studium celeriter eli-  
datur, universitati vestra per apostolica  
scripta mandamus quatinus cùm in dioce-  
sibus vestris aliqua fuerit inter eos materia  
litis exorta, vos sine mora partes vestras  
interponatis ad pacem inter eos amicabili-  
ter reformandam. Quòd si forsan hoc mo-  
do provenire non poterit, sine sumptu &  
strepitu causam inter eos mediante iustitia  
terminetis, facientes quod decreveritis per  
censum ecclesiasticam sublato cuiuslibet  
contradictionis & appellationis obstaculo  
firmiter observari. Datum Laterani 1. v.  
Non. Octobr. pontificatus nostri anno  
quartodecimo.

CARISSIMO IN CHRISTO  
filio nostro Henrico illustri Constantinopoli-  
tano Imperatori.

*Epist. 109.  
fratrum de  
Simeon relli-  
ni templi  
in  
vuln. 15.  
p. 33.*

**G**rade gerimus & molestum quòd cùm tu & alij crucesignati ad hoc  
debueritis circa captionem & detentionem  
imperii Romaniæ intendere principaliter  
ut per illud subveniretis commodius terra  
sanctæ, tu non solum eidem nullum curasti  
adhuc subsidium ministrare, verū etiam  
fratribus militiae Templi, qui pro ipsis  
terra defensione totis viribus elaborant,  
infers molestias & jacturas, castrum de Si-  
tum super Ravenica cum pertinentiis suis  
ipsis auferens pro tua arbitrio voluntatis.  
Et licet jam sepe pro restituzione ipsis ti-  
bi direxerimus scripta nostra, tu tamen  
preces nostras pertransisti haec tenus aure  
fusa, prout debueras non attendens quām  
benigne ac efficaciter tuas preces curaveri-  
mus exaudire, quantumve nostrum auxi-  
lium tibi fuerit haec tenus opportunitus: quod  
si tibi forsan, tua promerente duritia, du-  
ixerimus subtrahendum, experimento cog-  
nosces quantum tibi utile fuerit, quantumve  
subtractum afferat detrimentum. Quo-  
cire serenitatem tuam rogamus atque mo-  
nemus & exhortamur in Domino quatinus  
castrum prefatum cum pertinentiis ejus si-  
ne difficultate restituas fratribus antedie-  
cis, & nullam super eo de cetero ipsis mo-  
leliam inferas vel gravamen. Alioquin,  
cùm eis ulterius nolimus, sicut nec debe-  
mus, in suo jure deesse, qui sumus omni-  
bus in iustitia debitores, pro certo cognovis-  
quòd super hoc officij nostri debitum  
exequemur. Datum Laterani 111. Non.  
Octobr. pontificatus nostri anno quarto-  
decimo.

## THEBANO CAPITVLO.

**E**x parte vestra fuit propositum co-  
Eram nobis quòd cùm vos nobilibus Confirmar re-  
virs Oddoni de Roca Domino Atheniensi misseum cru-  
& G. nepoti ejus trecenta viginti hyperpera.  
& amplius teneremini nomine crusticæ red-  
dere annuatim, dictus Oddo medietatem  
ipius crusticæ pertinentem ad ipsum vobis  
pia liberalitate remisit, pro remissione vero  
medietatis alterius praefato G. quingenta  
hyperpera solvere certo termino promis-  
tis. Vnde cùm nobilis vir Gaufridus Prin-  
ceps Achaæ, ad quem ratione feudi dicta  
crustica pertinebat, remissionem hujusmo-  
di liberaliter acceptarit, nobis humiliter  
supplicatis ut remissionem eandem digna-  
remur vobis auctoritate apostolica confir-  
mare. Nos igitur vestris precibus inclinati,  
remissionem crusticæ memoraræ, sive pie  
ac providè facta est, & in authenticis inde  
confectis pleniùs continetur, auctoritate  
apostolica confirmamus & praesentis scrip-  
ti patrocinio communimus. Nulli ergo &c.  
nostræ confirmationis &c. usque incursum.  
Datum Laterani Kal. Octob. ponti-  
ficatus nostri anno quartodecimo.

ARCHIEPISCOPO ET DILECTIS  
filii Decano & T. Canonico Thebanis.

**V**enerabiles fratres nostri Davalensis  
& Cardicensis Episcopi pet suas no-  
bis litteras intimarunt quòd cùm caufam  
quæ super domo de Iberacomite ac rebus  
aliis valentibus duo millia sexcenta & de-  
cem & octo hyperpera inter dilectos filios  
fratres militiae Templi ex parte una & ve-  
nerabilem fratrem nostrum Patracensem  
Archiepiscopum ex altera vertebarunt, eis  
& dilecto filio\* Nazarocensi electo dux-  
erimus committendam, ipsi, cùm idem elec-  
tus eis commiserit vices suas, & eisdem con-  
sisterit pleniùs praedictos fratres rebus pra-  
fatis fuisse contra iustitiam spoliatos, pos-  
sessionem earum, falva quæstione propri-  
tatis, de prudenter virorum consilio sen-  
tentialiter adjudicarunt eisdem, & con-  
demnantes praefatum Archiepiscopum in  
moderatis expensis, in eos qui præsumere-  
rent eorum sententia contrarie excom-  
municationis sententiam promulgarunt.  
Quocirca disertio veltra per apostoli-  
ca scripta mandamus quatinus praedictas  
sententias, diffinitivam videlicet, sicut est  
justa, per censuram ecclesiasticam, & ex-  
communicationis, sicut rationabiliter est  
prolata, usque ad satisfactionem idoneam  
faciat auctoritate nostra sublato appella-

*Epist. 111.  
Ejusdem argu-  
menti cum  
epistola 155. libri 13.*

*\* sicut lib. 11.  
epist. 155. 2a.  
zatoriu.*

A A a ij

tionis obstaculo firmiter observari. Quod si non omnes &c tu, frater Archiepiscopi, cum eorum altero ea &c. Datum Laterani 11. Kal. Octob. pontificatus nostri anno quartodecimo.

*AVELO NENSI EPISCOPO,  
& dilecto filio Thesaurario & T. Canonicu  
Thebanis.*

*Epiſt. 111.  
Confirmatur  
compositio fa  
cta inter Ar  
chiepiscopam  
& Capituolum  
Atheniense.*

**D**ilecti filii Atheniense Capitulum nobis humiliter supplicarunt ut compositionem inter eos ex parte una & venerabilem fratrem nostrum eorundem Archiepiscopum ex altera super ipsius Ecclesie redditibus ac facultatibus amicabiliter initam auctoritate dignaremur apostolica confirmare. Quocirca discretioni vestra per apostolica scripta mandamus quatinus compositionem ipsam, sicut ad utilitatem Ecclesiae sine pravitate provide facta est & ab utraque parte sponte recepta, ac in authentico inde confecto plenius continetur, faciat per censuram ecclesiasticam applicatione remota firmiter observari. Quod si non omnes &c. tu ea, frater Episcope, eum eorum altero ea &c. Datum Laterani 11. Kalend. Octobris, pontificatus nostri anno quartodecimo.

*ARCHIPRESBYTERO SANCTI  
Laurentij, Abbatii sancti Gemini & sancte  
Mariae Novae & sancti Angelii de Spata,  
sancti Stephani de Platea Fraianorum.*

*Epiſt. 111.  
Confirmatur  
eis relaxatio  
procurationi.*

**C**um à nobis petitur &c. usque effec tum. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, relaxationem procurationum quam venerabilis frater noster Raynerius Viterbiensis Episcopus sponte ac provide vobis induxit, sicut piè ac provide facta est, & in instrumentis publicis noscitur contineri, auctoritate apostolica confirmamus & praesentis scripti patrocinio communimus. Decernimus ergo &c. usque nostræ confirmationis &c. usque incursum. Datum Laterani viii. Idus Octobris, pontificatus nostri anno quartodecimo.

*ABBATI SANCTI STEPHANI  
Bononiensis, & magistro Gregorio decreto  
rum Doctori Bononiae commoranti.*

*Epiſt. 114.  
Ut ſupendant  
Episcopum A  
lexandrinum.*

**I**lli testimonium invocamus qui testis est in celo si iles quod quantum ipse nobis donare dignatur, à quo est omne datum optimum & omne donum perfectum, negotia que ad sedem apostolicam perferuntur cum puritate ac honestate tra-

ctare ac expedire curamus, venalitatis vietum, quod ex cupiditate procedit, quæ radix est omnium vitiorum, omnino detestantes; sicut etiam illi possunt perhibere testimonium veritati qui pro diversis negotiis exequendis ad Romanam Ecclesiam frequenter accedunt, quam per divini munera gratiam ab hujusmodi labiis contagio servare fatigimus expiatam; ut quod gratis accepimus, gratis demus, nullatenus sustinentes quod in causis ecclesiasticis aliqua pactio vel conventio seu etiam promissio intercedat: quatinus si quid interdum post finem negotij fuerit exhibatum, non per necessitatem extortum, sed per devotionem appareat esse collatum. Verum mirari cogimur & moveri super eo quod ab Alexandrino Episcopo didicimus attentatum, ex juramento quod ipsem prestat in causa quæ inter ipsum & quodam mercatores Romanos coram vobis ex delegatione nostra extitit ventilata; qui cum ab eo quandam repeterent pecunia quantitatem, quam Romæ suis procuratoribus mutuaverant litteras ejus habentibus de mutuo contrahendo, ipse suum recognoscens esse sigillum, quod litteras imprestum, sed negans eas de sua conscientia processisse, constanter afferunt quod centum libras eis solverat pro expensis, & potestatem illis concederat ut si posset forsitan obtinere quod Ecclesiae quæ ad Alexandrinam Ecclesiam, sicut olim factum fuerat accedebant, ire ad eam minime tenerentur, & quod idem Episcopus oculo locorum Ecclesias pacifice possidet, usque ad centum quinquaginta libras mutuum contrahere licet eisdem; si vero impetrare possent ut omnes possessiones Ecclesiae sancti Martini de Forni ad Alexandrinam Ecclesiam pertinerent, usque ad trecentarum librarum summam possent liberè à mercatoribus mutuare. Ex his quidem evidenter apparet quid de nobis idem Episcopus senserit, quos ad bona ecclesiastica concedenda per interventionem pecunia induci posse putabat, quidve dari mandaverit pro bonis ecclesiasticis obtinendis, cum expresse taxaverit quantum pro illis & quantum pro illis possent pecuniam mutuare. Quia vero non solum à malo sed ab omni specie mali præcipit Apostolus abstinere, nos zelo ecclesiastice honestatis accensi, tanta præsumptionis ac turpitudinis malum corrigerem cupientes, per apostolica vobis scripta præcipiendo mandamus quatinus auctoritate nostra suffulti prefatum Episcopum ab executione pontificali